



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

81 Præclara sua facta soli Deo accepta referre.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM LXXXI.

PRAEGLARA SVA FACTA SOLI
Deo accepta referre.

Pirrhus subita & felici ab hostibus reportata victoria, cum intellexisset, Aquilam se à suis milicibus nominari: *Si ego Aquila sum, inquit, in causa estis: siquidem brachijs & armis vestris quasi pennis me subleuastis, & sustinistis.*

Carolus V. Imp. dissipatis Protestantium corporis, & capto Saxone: Iulius Caesar, ait, *celeriter ex sententia confecto bello, dixisse fertur: Veni, vidi, vici: ego vero sic dicam: Veni, vidi, Deus vicit. O vocem modestam, & Christiano Imp. dignam!*

SIGNVM LXXXII.

NEC INFIMOS CONTEMNERE.

Scipio edilicium dignitatem ambiens, cum manum cuiusdam è plebe apprehendisset, eamq; duram & callo obductam sensisset, ideoque interrogaret, verum manibus, an pedibus ambulasset, plebeius ille ioco isto tantopere fuit commotus, ut per tribus circumiens, & plebem ludibrio haberi dicens, veluti stipulas ignis, multitudinem vniuersam ad iram accenderit, idq; effecerit, ut Scipio tum repulsam passus sit.